Universitätsbibliothek Paderborn

Lapis Philosophicus, Et Aurum Potabile, Eleemosyna

Foullon, Jean E.

Leodii, 1667

7. Quæ Via Ad Fælicem æternitatem?

urn:nbn:de:hbz:466:1-51728

Visual Library

Redite prævaricatores ad cor, & inhærete illi, qui fecit vos. Quò itis in aſperа, quò itis? Quò vobis adhuc, & adhuc, ambulare vias difficiles, & laborioſas? Non *eſt requies, ubi quæritis eam. Quærite, quod quæritis: ſed ibi non eſt, ubi quæritis. Beatam vitam quæritis in regione mortis: non eſt illic. Quomodò enim beata vita, ubi nec vita?* Aug. l. 4. Conf. c. 12.

7. QUÆ VIA AD FÆLICEM æternitatem?

ÆTERNITATIS memoria: deſiderium futurorum: terrenorum præ cæleſtibus neglectus: conſcientiæ cura: vita innocens, aut pœnitens: innocentiæ, & pœnitentiæ, coronis bona mors.

Ego ſum via, & veritas, & vita, inquit Chriſtus. Joan. c. 14. *Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ.* Joan. 8. *Mundus*

tranſit,

tranſit, & concupiſcentia ejus. Qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum. 1. Joan. 2.

Benè vivite, ne malè moriamini. Auguſt. Serm. 24. de ver. Dom. *Certè non poteſt malè mori, qui benè vixerit.* Id. de Diſc. Chriſt. ſub finem.

FINIS.